



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CDI. Der bischöfliche Official Johann Coli transsumirt eine päpstliche Urkunde, worin dem Propste zu Broda, dem Dechanten zu Magdeburg und dem Archidiaconus zu Lebus der Schutz des Domstifts ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

des fchal die Perrerr Macht hebben unde fchal dar tu die negefte fin, unde wy den vorgeanten Hof unde Hufen lett, die mag hebben eine Stede up den Kerkhof tu eime Spikere glick andern Gebuhren darfelvens tu Friftorp. Ock fal men denfelven Hof unde Hufen upgeven unde upnehmen vor den Perrerr tu Lukede, unde fine Wete darup geven den Schulten unde Buhren tu Frefstorp unde wy den ehegenanten Hof und Hufen befeett und heft, die fal alle Jahr up funte Mertens Dagk deme Perrerr tu Lukede geven unde betalen vor deme Hofe ein Rockhun unde ein half Schock breyder Grofchen, die tu Beltz genge unde gewere fin, vor Dinf, Plege unde vor alle Plege, die up den Hof unde Hufen lett oder dar ave tu Rechte oder Unrechte mag gefallen. Ock fal men van den Hufen unde Hofe dun Burrecht in deme Dorpe tu Frefstorp: Dingniffe, Dammen, Hegen, Blegebuhwen, tu stoven unde tu Backofen, Kufterlohn, Herdelohn, tu Schmeden, tu Bornen, tu Graven fal he helpen in deme Dorpe glick eme andern Gebure tu Frefstorp. Des tu Bekenntniffe etc. Geven tu Seiefer nach Godis Geburt MCCCXCV. am Palmedage.

Nach der Copie im ältern Copiarlo.

**CDI.** Der bifchöfliche Official Johann Coli transfumirt eine päpffliche Urkunde, worin dem Propfte zu Broda, dem Dechanten zu Magdeburg und dem Archidiaconus zu Lebus der Schutz des Domsifts Brandenburg gegen alle Befchädiger aufgetragen ift, am 3. Jan. 1396.

Nos Joannes Coli, Officialis episcopalis Curie Brandenburgensis, universis et singulis Christi fidelibus, presentes literas visuris seu auditoris, facimus manifestum et publice protestando recognoscimus, Quod honorabilis vir dominus Johannes molendinatoris canonicus ecclesie Brandenburg. procurator et procuratorio nomine honorabilium dominorum Hentzonis prepositi et Capituli ejusdem ecclesie Brandenburgensis, de cuius mandato sufficienti coram nobis in urbe Brandenburg loco Iudicii consueto pro tribunali sedentibus, In notarii publici subscripti et testium infra scriptorum presentia productus plene constituit, personaliter constitutus, quasdam literas sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Bonifacii divina providentia pape noni moderni eius vera bulla plumbea in cordula canapis appendente more Romane curie bullatas non cancellatas non abolitas non abrafas, sed sanas et integras atque omni prorsus vitio et suspitioni carentes, In memoriam produxit, exhibuit et de nostro consensu legi fecit. Quare ipsis lectis petiit per nos diligenter examinari ac mandari per notarium publicum subscriptum ipfas fideliter copiarı, exemplari, transumi et in publicam formam redigi, signoque et nomine suo solito et consueto consignari nec non ipsum transfumptum per nos autorizari et decretum nostrum interponi, ut in iudiciis et extra plenam possit facere fidem, tanquam sue originales littere. Quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum erat et est et dinoscitur esse talis.

Bonifacius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis preposito Monasterii in Broda per prepositum soliti gubernari Havelbergens. Diocesis et Decano Magdeburgensis ac Archidiacono Lubucensis ecclesiarum, Salutem et apostolicam benedictionem. Militanti ecclesie licet immeriti, disponente domino presidentes circa curam ecclesiarum ac monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa solliciti, ut juxta debitum pastoralis officii eorum occuramus dispendiis et profectibus divina cooperante clementia salubriter intendamus. Sane dilectorum et prepositi et Capituli ecclesie

Brandeburgensis, conqueſtione percepimus, Quod nonnulli Archiepiſcopi, Epifcopi alique eccleſiarum prelati et clerici ac eccleſiaſticae perſone tam regulares quam ſeculares, nec non duces, Marchiones, comites, Barones, Nobiles, milites et laici, Communia civitatum, univerſitates opidorum, caſtrorum, villarum et aliorum locorum et alie ſingulares perſone civitatis et dioceſis et aliarum partium diverſarum, Occuparunt et occupari fecerunt caſtra, villas et alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, jura et juridi-ciones, nec non fructus, cenſus, redditus et proventus dictorum prepoſiti et capituli et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, ſpiritalia et temporalia, ad prepoſitum et capitulum ac eccleſiam predictos ſpectantia, Et ea detinent indebite occupata, Seu ea detinentibus preſtant auxilium, conſilium vel favorem nonnulli Etiam civitates dioceſis et partium predictarum qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, Eiſdem prepoſito et Capitulo ſuper predictis Caſtris villis et locis aliis, terris, domibus et poſſeſſionibus, juribus et jurisdictionibus, fructibus, cenſibus, redditibus et proventibus eorundem et quibuſcumque aliis bonis mobilibus et immobilibus, ſpiritalibus et temporalibus, et aliis rebus ad eol-dem prepoſitum et Capitulum ac eccleſiam ſpectantibus, multiplices moleſtias et injurias inferunt ac jacturas. Quare dicti prepoſitus et Capitulum nobis humiliter ſupplicarunt, ut eum valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad apoſtolicam ſedem habere recurſum, providere iſtis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adverſus occupatores, detentores, preſumptores, moleſtatores et injuria-tores huiusmodi, Illo volentes eiſdem prepoſito et capitulo eccleſie remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas et aliis aditus committendi ſimilia precludatur, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quodſi vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios, Etiam ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis conſervatores e. iudices, preſatis prepoſito et Capitulo efficaciſſimi deſenſionis preſidio aſſiſtentes non permittatis eorundem ſuper hiis et quibuſlibet aliis bonis et juribus ad prepoſitum et Capitulum ac eccleſiam pre-dictos ſpectantibus ab eiſdem vel quibuſvis aliis indebite moleſtari vel eis gravamina ſeu damna vel injurias irro-gari, facturi dicis prepoſito et Capitulo eum ab eis vel procuratoribus ſuis aut eorum aliquo fueritis re-quiſiti, de predictis et aliis perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutionibus huiusmodi caſtrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum jurisdictionum jurium et bonorum mobilium et immobilium reddituum quoque et proventuum et aliorum quorumcumque bonorum nec non de quibuſlibet moleſtiis injuriis atque damnis preſentibus et futuris in illis videlicet que judicialem requirunt indaginem ſummarie et de plane ſine ſtrepitu et figura iudicii, In aliis vero prout qualitas eorum exegerit juſtitie complementum, Occupatores ſeu detentores preſumptores, moleſtatores et injuriatores huiusmodi nec non contradictores quolibet et rebelles, cuiuſcumque dignitatis ſtatus ordinis vel conditionis extiterint, Quandocumque et quotienſcumque expedierit, auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita com-peſcendo Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, Non obſtantibus tam felicitis reor-dationis Bonifacii pape VIII. predeceſſoris noſtri, In quibus cauetur ne aliquis extra ſuam civitatem et Dioceſ. niſi in certis exceptis caſibus et in illis ultra unam dietam a ſine ſue Dioceſ. ad iudicium evo-cetur ſeu ne iudices et conſervatores qui a ſede deputati fuerint contra quocumque procedere ſine alio vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam dietam a ſine dioceſis eorundem trahere preſu-mant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate preſentium non trahitur. Ceterum volumus et auctoritate apoſtolica decernimus quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, Quamvis idem inchoans nullo fuerit canonico impedimento propeditus. Datum Romae apud ſanctum Petrum Menſe Martii pontif. noſtri anno quinto. Nos igitur Johannes Coli officialis epifcopalis Curie Braude-burgensis predictus pro tribunali in iudicio, ut premititur, ſedens, legitimis petitionibus dicti domini Johannis molendinatoris Canonici eccleſie Brandenburg. procuratoris favorabiliter annuentes eas litteras apoſtolicas examinauimus diligenter ipſaſque ſanas illeſas et integras atque omni proſus vitio

et suspicioni carentes invenimus etc. Acta et facta sunt hec in urbe Brand. loco iudicii consueto Anno domini M<sup>o</sup>.CCCXC. sexto, Indictioni quarta, die tertia mensis Ianuarii, hora nona vel quasi Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Bonifacii divina providentia pape noli moderni anno septimo; presentibus discretis viris Arnolde Lytzow et Johanne Kinbom Laycis Brandeburg. Diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Conradus Welle, Clericus Halberstadtensis Diocesis publicus imperiali auctoritate Notarius etc. —

**CDII. Das Domcapitel kauft ein Wehr in der Havel, das Rüssterwehr genannt, am 10. Nov. 1396.**

Anno domini MCCCXCVI. feria V proxima ante diem beati Martini episcopi et confessoris, Hentze prepositus, Johannes Mukim prior et capitulum ecclesie Brandenb. emerunt gurgustum dictum Rüssterwehr, jacens in eorum proprietate et Obula superiori pro triginta et VIII. sexagenis grossorum cruceatorum ab Arnolde et Conrado fratribus dictis Gopilmans, morantibus in Windischen Brift, et ab eorundem fratrum sorore, dicta Sophia et a Johanne Ranis, morante in Plawe nomine uxoris sue dicte Catherine dictorum fratrum Arnoldi et Conradi etiam sororis. Et prepositus, prior et capitulum predicti perfolverunt predictis Arnolde, Conrado, Sophie et Johanni in urbe Brandeburch in estivali domo prepositi feria sexta ante diem beati Martini episcopi et confessoris hora quasi sexta in paratis grossis VIII. sexagenas grossorum cruceatorum. Residuas XXX sexagenas Henzo prepositus, Johannes prior, Thidericus Osterode, Hinricus Grote, Johannes Molendinatoris, canonici ecclesie Brandenb. dixerunt velle solvere eidem Arnolde, Conrado, Sophie et Johanni hoc presenti anno in tribus terminis, videlicet in primo termino in Pascha, in secundo termino in die beati Michaelis, in tertio termino in die beati Martini episcopi et confessoris tunc ad annum. Et dicti vendentes dixerunt eidem preposito et capitulo eorum propria autoritate licentiam intrandi possessionem corporalem gurgusti ante dicti.

Item eodem anno domini MCCCXCVI feria V proxima ante diem beati Martini, episcopi et confessoris in villa Goetz coram Petro Hamere prefecto, Nicolao Röfe, Arnolde Bornum, Michaelae Weferam, Jaspas Gyre, Nicolao Krufen et Johanne Kiliani in dicta eadem villa Götz villanis prefati Arnolde, Conrado et Sophia nomine eorum et Johannes Ranis nomine uxoris sue Catharine recognoverunt vendidisse et dimidisse antedictum gurgustum Rüssterwehr ad manus, usum et utilitatem prepositi et capituli ecclesie Brand. et eidem preposito et capitulo gratia venditionis et dimissionis gurgusti predicti licentiam intrandi possessionem corporalem dedisse, quod dominus Martinus Bochow canonicus et cellerarius ecclesie Brand. nomine dictorum prepositi et capituli ipsis prefecto et villanis tunc notificavit, ne intrmitterent se de proprietate, hereditate et jure ejusdem gurgusti, quod idem dominus Martinus Bochow nomine dicti capituli recognovit per quandam virgulam, quam predictus in manu sua accepit et porrexit eidem domino Martino cellerario causa venditionis et tradite corporalis possessionis ejusdem gurgusti juxta morem patrie nomine dictorum prepositi et capituli accepit, presentibus Johanne Belin famulo ipsius cellerarii laico Brand.